



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis  
vitae Christianæ**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1577**

**VD16 D 1959**

Excitatio ad mundi contemptum, ex consideratione profectus inde  
nascentis, & ex desiderio veræ ac diuinæ perfectionis 18.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

ca igne prauitatis & culpæ. Postremo ad tantum lapsum, nunc deuenit ecclesia in vulgo & clericis, quod dicitur de flendum est magis, etiam in religionibus multis, vt ipsa ecclesia comparetur merito ciuitati antiquæ, maiori ex parte collapsæ, deuictæ, destructæ, in qua vndique hostibus patet ingressus, Non ergo securum est habitare in vrbe huiusmodi, sed ad loca confugiendum munita, quemadmodum insegurum esse manere in claustro regularibus obseruantijs destituto. Si in super fragilitatem nostram rite pensemus, quam proni ad mala & tardi ad bona, quaeremus locum salutis animæ aptiorem, occasiones peccandi vitantes.

*Ecclesia cui  
modò compa  
retur.*

*Excitatio ad mundi contēptum, ex cōsideratione profectus inde nascētis,  
& ex desiderio vera ac diuina perfectionis.*

*Articulus: XVIII.*



*Psal. 44.*

Vdi. filia & vide. & inclina aurem tuam. & obliuiscere populum tuum & domū patris tui. & cōcupiscet rex deo.

DE ARCTA VIA SALV. 345

decorem tuum. Verba hæc quamuis ad literam exponantur de ecclesia, quæ est sponsa Christi vniuersalis, vel de virgine gloriosa, quæ est sponsa Christi singularis: moraliter tamen expouuntur de qualibet anima deuota, quæ est sponsa Christi particularis. Omnis nanque anima, secunpum Augustinum, aut Christi sponsa est, aut diaboli adultera. Ait ergo sanctus propheta, vnicuiq3 animæ fidei. Obluiscere populum tuum & domum patristui. Hoc est, terrena ista pro Deo contemne, cognatos, propinquos, & omnem carnalem affectum relinque, vt tota tua affectio sit ad DEVM, spiritualibus bonis diteris. omni virtute & gratia adorneris. Quo enim mundana magis perfecte & prompte contempseris, eo cœlestibus bonis copiosius fulcieris. Hinc Gregori. Pulchre, inquit, à creaturis amorem retrahit, qui in creatorem omnis pulchritudinis fontem, cordis passibus tendit. Si ergo anima Christiana hæc feceris, concupiscet rex regum, dominus vniuersorum CHRISTVS vnigenitus Dei, decorem tuum, id est, interiorem tuum ornatum, reformationem inter-

Gregor.

P S nam

*Cant. 4.*

nam sapientiæ tuæ claritatem, charitatis ardorem, omniumque virtutum tuarum fulgorem, dicetque tibi illud ex Canticis. Quam pulchra es amica mea & decora. Imo te iam pulchram & splendidam diliget, te cœlesti lumine, & fructibus spiritus sancti fecundabit, te sibi æternaliter sociabit, ut ad libitum ipso dulcissime atque plenissime perfruaris, in quo totius beatitudinis vera plenitudo consistit. Nimirum

*Prov. 8.*

delitiæ Dei sunt esse cum anima tali, eamque quotidie exuberantiori gratia decorabit, pijsima visitatione exhilarabit. Tanti igitur profectus intuitu tantæ nobilitatis affectu contemnamus ex corde hunc mundum vanissimum, & omne variabile, indigens, & caducum a DEO altissimo abstractivum: Quippe quod nostrum nequit satiare, cõtentare, felicitare affectum,

*Augustinus.*

*Animam  
rationalem  
non nisi Deo  
satiari.*

Augustino id sic protestante. Ad imaginem Dei creata rationalis anima, ceteris omnibus occupari potest: repleti non potest. Capacem enim Dei, quicquid Deo minus est non replebit. Et rursus, Domine (inquit) fecisti cor nostrum propter te, & inquietum est, donec perueniat ad te. Atqui satis iam

DE ARCTA VIA SALV. 347

iam dictū est. quod anima nostra quo  
magis in terrenis distenditur, tempo-  
ralibus occupatur, mundanis affici-  
tur: eo minus occupatur, colligitur, &  
afficitur circa Deum. Vt ergo in desi-  
nenter queat occupari in Deo per con-  
templationem synceram, dilectionem  
feruentem, meditationem profun-  
dam, orationem frequentem, laudem  
& gratiarum actionem præcordia-  
lem: aueritamus eam ab vniuersis quæ  
mundi sunt, & diuinæ liberalitati eam  
continuo subternamus & applicemus.  
Sic etenim mirabiliter crescet in gra-  
tia Dei. Hanc veram, deiformem ac  
nobilem perfectionem, omnibus bo-  
nis sæculi huius incomparabiliter de-  
siderabiliorem ac præstantiorem, sic  
impeuse affectemus, amemus, & con-  
seruemus: vt eius desiderio & amore  
mundū, & quæ mundi sunt, integerri-  
me contemnamus, tanquā nihilum &  
inane. Neq; putemus nos aliquid mag-  
num peragere, si pro tam diuinis &  
supernaturalibus bonis, terrena & infi-  
ma relinquamus. Sed Deo humiliato  
spū gratias decantemus, q̄ corda no-  
stra docuit, illuminauit, creuit, ad de-  
scendendū & cognoscendū vanitatem

*Psalm. 93.*

& vilitatem omnium mundanorum. Verè siquidem beati sunt, quos tu domine ita docueris, ad mundi contemptum induxeris, ad spiritualis vitæ perfectionē promoueris. Nonne mi frater ingeniose, obtenebratam tibi mētem habere videtur, qui his lectis, auditis, & cognitis ad mundi despectum non provocatur, ad deiformem perfectionem prætactam nō inflammatur? Noli ergo amore minimorum amittere maxima. Noli plus oblectari in creaturis, quam creatore. Noli mundo tenacius inhærere quam Deo. Ecce mundus transit & concupiscentia, vanitas, gloria eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

*1. Ioan. 28*

*Quod quatuor nouissimorum intentæ  
consideratio ad mundi contemptum  
eminenter inducit,*

*Artic. XIX.**Eccles. 7.*

**M**emorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Non iā duntaxat lapidei, sed & ferrei cordis est, quem ad Dei timorem & mundi contemptum, ad vitæ emēdationē, ad mētis custodiā,

nes